Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift



274

missiones tuas quæ omnes desiderant
supplant consequamur. ℣ Dom. vi.
Deus virtutum cui est totum quod est op
timum. insere pectoribus nostris amorem
tui nominis. et pia in nobis religionis aug
mentum. ut quæ sunt bona nutrias. ac pieta
tis studio quæ sunt nutrita custodias. ℣
Deus cui prudentia Dominica vii.
insita dispositione non fallitur. te
supplices exoramus. ut noxia cuncta
submoveas. et omnia nobis profutura concedas. ℣
Largire nobis domine Dominica viii.
quæsumus semper spiritum cogitandi quæ recta sunt
propitiatus et agendi. ut qui sine te esse non pos
sumus. secundum te vivere valeamus. ℣ Dom.
Pateant aures misericordiæ tuæ viii.
domine populis supplicantium. et ut petentibus
desiderata concedas. fac eos quæ tibi sunt
placita postulare. ℣ Dom. x.
Deus qui omnipotentiam tuam par
cendo maxime et miserando
manifestas. multiplica super nos mise
ricordiam tuam. ut ad tua promissa currentes
tui celestium bonorum facias esse consortes. ℣
Omnipotens sempiterne Dominica xi
deus qui abundantia pietatis tuæ
et merita supplicum excedis et vota
effundis super nos misericordiam tuam. ut di
mittas quæ conscientia metuit. et adicias
quod oratio non præsumit. ℣ Dom. xii.
Omnipotens et misericors deus de cui munere
venit ut tibi a fidelibus tuis
digne et laudabiliter serviatur. tribue
quæsumus nobis. ut ad promissiones tuas sine offen
sione curramus. ℣ Dom. xiii.
Omnipotens sempiterne deus. da nobis fide
ei et caritatis augmentum. et ut me
ritum assequi quod promittis. fac nos amare
quod præcipis. ℣ Dominica xiiii.
Custodi domine quæsumus ecclesiam tuam propitia
tione perpetua. et quia sine te labitur
humana mortalitas. tuis semper auxiliis
et abstrahatur a noxiis. et ad salutaria di
rigatur. ℣ Dominica xv.
Ecclesiam tuam domine misericordia continua
ta mundet et muniat. et quia si
ne te non potest salva consistere. tuo semper
munere gubernetur. ℣ Dom. xvi.
Tua nos domine gratia semper et præveniat et se
quatur. ac bonis operibus iugiter præstet esse
intentos. ℣ Dominica xvii.
A quæsumus domine populo tuo diabolica omna
te contagia. et soli deo pura mente
servare. ℣ Dominica xviii.
Dirigat corda nostra domine quæsumus tuæ
miserationis operatio. quia tibi
sine te placere non possumus. ℣ Dom. xviii.
Omnipotens et misericors deus cuncta nob
adversantia propitiatus conclude. ut
mente et corpore pariter capiamus. quæ
tua sunt liberis mentibus exequamur. ℣ Dom. xx.
Largire quæsumus domine fidelibus tuis in
dulgentiam et pacem. ut pariter ab omnibus
mundentur offensis. et secura tibi mente
deserviant. ℣ Dominica xxi.
Familiam tuam quæsumus domine continua
pietate custodi. ut a cunctis adversi
tatibus te protegente sit libera. et in bonis
actibus tuo nomini sit devota. ℣ Dom.
Deus refugium nostrum et virtus. xxii.
tus. adesto piis ecclesiæ tuæ precibus
auctor ipse pietatis et præsta. ut quod
fideliter petimus efficaciter consequamur. ℣ Dom. xx
Excita domine quæsumus tuorum fidelium vo
luntates. ut divinum opus sincerius
exercentes. capiamus tuæ re
media maiora percipiant. ℣ Marcelli
Deus qui nos annua festi
vitate beatorum Marcellini et Petri martyrum tuorum sollemnitate lætificas. pia